



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 201. Synodus Cameracensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

verso, raptus e custodia, in solium Sæc. XVII.  
 transferebatur. Referunt etiam Scri- A. C. 1617.  
 ptores, quod Mustapha ad Vezirii sui  
 arbitrium compositus totam Regiminis  
 curam eidem reliquerit, & præter alia  
 stupidi ingenii sui portenta pretiosissi-  
 mas gemmas per fenestras projecerit,  
 ac cuidam pauperi Eleemosynam pe-  
 tenti literas ad Mathiam Cæsarem de-  
 derit, quibus tamen interceptis cogni-  
 tum, quod eundem ad capeffendum  
 Ottomanicum Imperium Constantino-  
 polin evocasset. Fervente hoc tumul-  
 tu Ludovicus XIII. Galliarum Rex, &  
 plurimi quoque Franciæ Episcopi ac  
 Proceres magnam pecuniarum vim ad  
 Jerosolymitanum Sancti Sepulcri Tem-  
 plum restaurandum, aliasque Palæsti-  
 næ sacras ædes reparandas submiserant,  
 sollicitantibus hæcæ suppetias Patribus  
 Franciscanis, quibus circa annum Do-  
 mini 1330. Sultanus Ægypti custodiam  
 Dominici Sepulcri commiserat, peten-  
 te Philippo VI. Galliarum Rege.

## §. CCI.

*Synodus Cameracensis.*

**H**oc anno die secunda Octobris Fran- *Schanat Con-*  
*cil. Germ.*  
*tom. 4.*  
 ciscus de Burch Cameracensis Ar-  
 chiepiscopus Synodum suam Diæcesa-  
 nam celebrabar, paucis comprehen-  
 sam

Sæc. XVII. fam. statutis, in quibus sæpe numero  
A. C. 1617. provocatum est ad decreta Gandaven-  
 sis Synodi, quam idem Episcopus ha-  
 buit. Ex his igitur duntaxat magis  
 specialia adducere lubet, & quidem  
 primo prohibuit Synodus, ne Altare  
 portatile a festo Assumptionis B. V.  
 adhibeatur, ubicunque aliquod Altare  
 consecratum exstat: Statutum quoque,  
 ut quicumque in Sacris constituti eden-  
 di vel bibendi causa tabernam, extra  
 itineris necessitatem, frequentant, pri-  
 ma vice solvant sex florenos, secunda  
 vice duplum, & tertia vice plectantur  
 pœna carceris, & sæpius recidivi pu-  
 niantur tanquam incorrigibiles: qua  
 pœna etiam castigari voluit eos, qui  
 in taberna cultro vel aliis armis quem-  
 piam feriunt: Inhibuit etiam Synodus,  
 ne quis sine scripta Episcopi licentia  
 exorcizare præsumat, nec foeminis ex-  
 orcismum adhibeat, nisi servata ritua-  
 lis norma, & præsentibus duobus pro-  
 batae fidei Viris: quibus vero ex Epi-  
 scopi licentia eodem die plures Missas  
 dicere permissum fuerit, caveant, ne  
 in priori Sacro vel ablutionem sumant,  
 vel statim a sumptione Sanguinis Do-  
 minici calicem abstergant, quod *Sacri-*  
*legium* fore asserit Synodus, quæ etiam  
 declaravit, quod ubi hætenus jura fu-  
 neralia fuerunt incerta & pro discretio-  
 ne

ne Parochi exigi consueverunt, Decani Sæc. XVII.  
 curent, ea legitime taxari, agendo de- A. C. 1617.  
 super cum Parocho, Magistratu loci,  
 Aedituis & Rectoribus mensæ Paupe-  
 rum, & si alicubi ea communi consensu  
 determinari non potuerint, id Episco-  
 po significetur.

## §. CCII.

*Principum & Illustrium Personarum  
obitus.*

Inter celebriores Episcopos, qui hoc Roder. de  
 anno obiere, primus occurrit Alexius Cunha hist.  
 Menesius, qui ex Eremita Augustinia- Arch. Bra-  
 no creatus Archiepiscopus Goanus, de ga. Anton.  
 Indiis Orientalibus optime meritus e- hist. Hisp.  
 rat; quippe ibidem primus Monasteria Ferrer. cont.  
 Virginum excitavit, & D. Thomæ Chri- hist. Hisp.  
 stianos Nestorii aliorumque erroribus tom. II.  
 infectos ad Romanæ Ecclesiæ commu- Merc. Gal-  
 nionem revocavit, indicta hanc in rem lob. t. 12. l. 1.  
 Diamperienfi Synodo. Postea in Lusit-  
 aniam reversus, Bracarenfis Archi-  
 præsul, necnon Lusitaniæ Pro-Rex a  
 Philippo II. Hispaniarum Rege nomi-  
 natus die tertia Maij Madriti pie in  
 Domino obiit.

Alter erat Julius Echterus Herbipo-  
 lensis Episcopus, atque illius Acade-  
 miæ Fundator, qui die decima tertia  
 Septembris unacum Episcopatu, quem  
 qua-